



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Dei Præsentia**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. XIX. Deus in nobis alijsque rebus præsens non tantùm vt causa  
efficiens, sed et iam finalis ac formalis & materialis aliquomodo cogitari  
potest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50583](#)

## CAPUT XIX.

Deus in nobis alijsq; rebus præ-  
sens non tantum ut causa ef-  
ficiens, sed etiam finalis ac  
formalis & materialis ali-  
quomodo cogitari potest.



Ec male nonnul-  
li, cùm se in Deo  
esse, & viuere &  
moueri attendūt,  
illum considerant vt causam  
efficiētem, finalem, ac modo  
quodam formalem & mate-  
rialem rerum omnium. Nam  
quamvis non sit forma re-  
rum creaturarum nec anima  
mundi, vt volebat Plato,  
quatenus tamen illis præ-  
sens adest, & formas illis  
tuas

suas à se profundit, atque diuinis suis perfectionibus illas attingit, dici aliquo modo potest illas informare. Dei enim pulchritudo, bonitas, misericordia, sapientia, potentia, effusa super res creatas illas omnes suo splendore perfundit. *Tu vegetas anima,* ait D. Augustinus, *molem corporis tui, præbēs ei vitam, quod nullum corpus præstat corpori,* Deus autem tuus etiam tibi *vita est.* Nec enim ubi creaturam suam fecit Deus, deserit, sed opus suum continua operatione conservans, se ipsum ei quodammodo semper communicat, ut Deus verissimè sit vita vitae rerum omnium, & forma formæ. *Iā*

verò

verò nonne materiæ vicem  
gerit omnipotentia creatoris,  
quæ rebus omnibus condit is seipsum pro fundamen-  
to substravit. Nonne idem  
author omnium & finis, vt  
*in ipso, per ipsum, & ex ipso* Ro.ii.  
verissimè omnia esse dixerit  
Apostolus. Ergo in medio  
quatuor harum causarū con-  
tinete, ò anima ne pereas,  
& diuinos illarum influxus  
excipe, vt sis id quod es, &  
peruenire queas ad id quod  
nondum es: idemque cum  
Augustino sentiens, dic cum  
codem frequenter. *Te inuoco*  
*Deus veritas: in quo & à quo* li. i.  
*& per quem vera sunt, quæ ve-* folil.  
*ra sunt omnia: Deus sapientia,*  
*in quo & à quo & per quem sa-*

F piunt

piunt quæ sapiunt omnia: Deus  
vera & summa vita, in quo &  
à quo & per quem verè sum-  
meq; viuunt omnia: Deus bea-  
titudo, in quo & à quo & per  
quem beata sunt quæ beata sunt  
omnia: Deus bonum & pul-  
chrum, in quo & à quo & per  
quem bona & pulchra sunt que  
bona & pulchra sunt omnia:  
Deus intelligibilis lux, in quo  
& à quo, & per quem intelli-  
gibiliter lucent quæ intelligibi-  
liter lucent omnia.

## CAPUT XX

Quomodo Deum in alijs homi-  
nibus præsentem & operan-  
tem, omnesq; sibi & inuicem  
miro modo uidentem con-  
templari possimus.

SIC VT